

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 13. (Neovidensis 1808. Nro. 10.)

*Secretum litterarum commercium
Vivos inter et vita functos.*

Ad Georgium Byng — in Elysium.

Elysium Meum. — Die Veneris. 16. Feb. 1808 (Neov. 29. Jan. 1808.)

Asseveraveras heri in Elysio (mi Domine!)
Hodierno Angliæ ministro Canning jus esse
Galliæ declarandi: Angliam nolle sese
ulla ratione negotiis continentis miscere,
eo solum excepto, ut quæstio de su-
prema potestate in mari, dum de pace agi-
tur, non obmoveatur — Ergone mare ad
solos pertinet Anglos? Ergone ii, qui neu-
trales sunt, in bellis maritimis semper ab
Angliæ arbitrio dependebunt? Sed ea super
re mentem meam uberius declarabo.

Hoc seculo tam illuminato, in Europa
tam bene morata, adhuc nonnunquam vi-
dere licet reliquias tenebrarum, & inhumani-
tatis ante actæ ætatis.

Id inter alia demonstrat agendi ratio,
qua belligerantes potentiae maritimæ adver-
sus neutrales gentes utuntur. Dum harum
peregrinationes mari susceptas & commercia,
manifesta iniquitate impediunt.

Usus enim magni & cuivis aperti maris
ad navigandum omni genti est communis
& licitus. In quo ii, qui cominium maris

adpetunt, cum illis, qui pro ejus libertate decertant, conveniunt.

Potentiaë neutrales nullam belli partem habent: manent enim amicaë utrique parti bellum gerenti. Hæ igitur illis nullas novas & pacis temporibus insuetas obligationes imponere possunt.

Supremi Domini earum gentium, quæ inter se commercia exercent, soli jus habent illis, quibus cum mercaturam facere aut omittere debeant, intuitu mercium leges condendi. Tertius hoc in genere nihil præscribere potest.

Itaque pars ea, quæ bellum gerit mercatoribus, sub potestate neutralis potentiaë positis nullatenus prohibere potest, ne adversæ parti omnis generis merces advehant, aut distrahant.

Ipsa quoque arma aut alia belli requisita non excipiuntur. Quod si quis id sibi obesse advertat, quod id genus merces a neutralis potentiaë hominibus suppeditentur; unicum medium id impediendi superest, ut id agat apud supremum eorum Dominum, ne suis subditis mari quæstum facientibus advectionem armorum in regna, quæ bellis inimixta sunt, concedat.

Verum propria auctoritate ea, quæ bellum suscepit potentia, id efficere prorsus non potest.

Libertas commercii maritimi exigat, ut proprietarii naves, suas alienis, mercibus onerare, & in loca destinata devehere possint. Ac proinde neutralibus navibus jus

est, alienas merces navibus suis imponendi & transvehendi, etsi illæ ad hostes bello implicitæ potentæ aut ejus subditorum pertineant. Nam utprimum illæ neutrali navi in aperto oceano devehuntur, jam salvo sunt loco, in quem iis, qui bellum inierunt, nulla est potestas. Navis, quæ neutralem habet proprietarium, perinde est peculium neutralis Dominii, uti sunt aedes & fundi in hoc positi.

Unde ergo parti, quæ bellum movit, ea potestas? ut aliis merces suas neutrali navi deferentibus adimere possit? Ea quidem manifesta est injuria.

Et tamen fieri videmus, ut, qui bella gerunt, suis navibus bellicis aut prædatoribus neutrales mercatorias in aperto oceano sistant, easque sub prætextu inquirendi in necessitates bellicas aut hostiles merces in suos portus auferant, ubi per curatores rei navalis non solum merces navibus impositæ, sed ipsæ quoque naves declarantur perditæ & instar prædæ occupantur.

Nullum jus, nullaque lex bellum gerentibus potestate n dedit, subditos alterius potentæ, qui in suo territorio sese neque vexari neque violari permisere, suis judiciis subjiciendi, eosque adimendo merces aut ipsas naves puniendi.

Supremus Dominus eorum, quorum naves mercatorie hunc in modum læsæ sunt perfectum jus habet, propter vim eis in aperto oceano & libero loco illatam et propter damna hac vi & injusta judicium sententia illata, condignam satisfactionem & recompensationem petendi.

adpetunt, cum illis, qui pro ejus libertate decertant, conveniunt.

Potentiaë neutrales nullam belli partem habent: manent enim amicae utriusque parti bellum gerenti. Hæ igitur illis nullas novas & pacis temporibus insuetas obligationes imponere possunt.

Supremi Domini earum gentium, quæ inter se commercia exercent, soli jus habent illis, quibus cum mercaturam facere aut omittere debeant, intuitu mercium leges condendi. Tertius hoc in genere nihil præscribere potest.

Itaque pars ea, quæ bellum gerit mercatoribus, sub potestate neutralis potentiaë positæ nullatenus prohibere potest, ne adversæ parti omnis generis merces advehant, aut distrahant.

Ipsa quoque arma aut alia belli requisita non excipiuntur. Quod si quis id sibi obesse advertat, quod id genus merces a neutralis potentiaë hominibus suppeditentur; unicum medium id impediendi superest, ut id agat apud supremum eorum Dominum, ne suis subditis mari quæstum facientibus advectionem armorum in regna, quæ bellis inimixta sunt, concedat.

Verum propria auctoritate ea, quæ bellum suscepit potentia, id efficere prorsus non potest.

Libertas commercii maritimi exigit, ut proprietarii naves, suas alienis mercibus onerare, & in loca destinata devehere possint. Ac proinde neutralibus navibus jus

est, alienas merces navibus suis imponendi & transvehendi, etsi illæ ad hostes bello implicitæ potentæ aut ejus subditorum pertineant. Nam ut primum illæ neutrali navi in aperto oceano devehuntur, jam salvo sunt loco, in quem iis, qui bellum inierunt, nulla est potestas. Navis, quæ neutralem habet proprietarium, perinde est peculium neutralis Dominii, uti sunt aedes & fundi in hoc positi.

Unde ergo parti, quæ bellum movit, ea potestas? ut aliis merces suas neutrali navi deferentibus adimere possit? Ea quidem manifesta est injuria.

Et tamen fieri videmus, ut, qui bella gerunt, suis navibus bellicis aut prædatoris neutrales mercatorias in aperto oceano sistant, easque sub prætextu inquirendi in necessitates bellicas aut hostiles merces in suos portus auferant, ubi per curatores rei navalis non solum merces navibus impositæ, sed ipsæ quoque naves declarantur perditæ & instar prædæ occupantur.

Nullum jus, nullaque lex bellum gerentibus potestate n dedit, subditos alterius potentæ, qui in suo territorio sese neque vexari neque violari permisere, suis judiciis subjiçendi, eosque adimendo merces aut ipsas naves puniendi.

Supremus Dominus eorum, quorum naves mercatoriæ hunc in modum læsæ sunt perfectum jus habet, propter vim eis in aperto oceano & libero loco illatam et propter damna hac vi & injusta judicium sententia illata, condignam satisfactionem & recompensationem petendi.

Unicum, quod naves bellicæ & prædatoriæ eorum, qui bello detinentur, ab aliis sibi obviam venientibus neutralibus navigiis exigere possunt, est, exhibitio litterarum commeatus liberi ut pereas innotescat, num neutrales an hostiles sint. Ipsæ vero res oneratæ in examen venire non possunt: sufficit, enim eas repositas esse loco tuto utpote neutrali.

Hæc sunt manifesta effata Juris naturæ, et in eo fundati juris gentium universalis, quod omnibus neutralibus liberum jus navigandi, & commercia exercendi, sine restrictione ad hanc præcise vel illam speciem mercium non minus belli quam pacis tempore conceditur.

Sed vis & iniquitas hoc in genere jam dudum magnam fecerunt mutationem et legitimum jus navigandi et negotiandi neutralium potentiarum maximo eorum detrimento restrinxerat.

Etiam spes pacis jam penitus evanuit: nam (Dominus de Stahrenberg) legatus Austriæ expectatur in portu Caletano: nuntii Parisini d. 24 Jan. hæc referunt:

Monitor hodie refert duo dd. 21 a Senatu edita esse decreta addita Cæsarea promulgatione, & his relationibus quæ Causas horum decretorum pulchre evolvunt. Senatus publicæ salutis intellecto plano Senatus consulti & auditis oratoribus Consilii status motiva hujus systematis explicantibus, & facta insuper relatione illius specialis commissionis, quæ sessione die 16. habita fuit.

Decret. 1) conscriptis 80000 pro A. 1809 gubernio libere dispositioni committantur. 2) ut eadem ex adolescentibus, qui annis 1789 & 1790 nati sunt, desumantur, 3) ut illi prout hujus anni rerum adjuncta exegerint in supplementum copiarum subsidiariorum, aut earum legionum, quæ in regno usui esse solent, convertantur. Hoc senatus consultum per legationem Cæsaris submissum fuit.

Tum illico subnectit Monitor Sermonem status Ministri Regnaud de St. Angely, qui huic decreto occasionem præbuit. Ubi inter alia hæc habentur: „Anglia ex una mundi parte ejecta; in aliis eo adigi debet, ut ignoret, quonam exigua illa militaris manus, quæ ipsius imperio subest, primum convertenda sit. Noster autem exercitus, qui nunquam magis ac modo terrori fuit, debet esse paratus ad vexilla sua victoriis et vindicta plena ejus diuisionibus adferenda. — Legiones nostræ adhuc anglicanum exercitum adsequi possunt. Hibernia licet oppressa opem sperare potest. Sicut et Indiæ redemptorem expectare. . . Sua Majestas Imperator & Rex noster cum numeroso suorum fidelium fœderatorum exercitu ad communem omnium defensionem & triumphos tantam coget vim, ut de secundo rerum eventu diu dubitare non possimus. Unio hæc, quæ in partibus suis constitutivis tantam excitat attentionem, in sua politica est tam magnanima, finem habet tam justum, et media tam terribilia, tandem nostrum hostem metu ad justitiam, & victoriis ad subjectionem adiget.

2) Continet relationem Ministri exter-
 norum negotiorum ad Cæsarem factam dd.
 21. Oct. 1807. de necessitate & justitia bel-
 li Portugalliæ inferendi.

3) Ejusdem aliam relationem dd. 2. Jan.
 quæ itidem Portugalliam concernit, et in cujus
 fine dicitur: „Tandem Portugallia liberata est
 a jugo Angliæ, illam exercitus Vestræ Maje-
 statis jam tenet, pars ejus maritima omni de-
 fensione destituitur, et in littore tormenta per
 clavos adactos corrupta. Anglia et modo
 eam eminus obsidet, & littoribus interitum mina-
 tur. Hispania sollicita fuit propter urbem Cadix
 & modo est, ob Septam (est urbs Africæ in re-
 gno Fessano ditionis Hispanicæ vulgo Centa
 adpellatur). Contra hanc enim partem terræ
 videtur Anglia occultam expeditionem suscipere
 velle. Multas copias in Gibraltar ad continen-
 tem exposuerunt, easque omnes, quæ partim
 ex oriente (Levante) ejectæ sunt, partim in Si-
 cilia adcumulatæ fuerunt, huc exciverunt.
 Eorum circum litora Hispanica vagantes naves
 sunt attentiores, videntur enim eas cædes, quas
 alibi acceperant, in hoc regno vindicare velle.
 Existimabam itaque mei meuris esse Vestræ
 Majestati hæc aperire, ut Sapiencia Vestæ Ma-
 jestatis his malis occurere possit.

4. Relationem a Ministro Bellico ad Cæ-
 sarem die 6. hujus factam tenoris sequentis.
 Vestra Mattas præcipere dignabatur, ut primum
 et secundum observationis exercitum ad Ge-
 runnam iastruerem. Horum alter Duce Junot
 jam Portugalliam occupavit: alter vero para-

tus est, primum sequi ubi rerum adjuncta ex-
egerint. Vestra Mattas, cujus providentia ad
omnia extenditur, voluit, ut hæc acies sub
Mareschallo Moncey tertium ordinem forma-
ret.

Ut portus omnes in continente nostro
insensissimo hosti præcludantur, ut quibusvis
locis, ubi illi forte nos adoriri possent, op-
portuna constituentur media, ad eossi e re no-
stra fuerat, propulsandos, ut bellum in interio-
ra Anglia Hiberniæ et Indiae transferri possit,
necessarium esse existimo ut delectus novæ
militiæ, pro A. 1809. conscriptæ, fiat.
Factio, quæ in Anglia obtinet, perpetuum bel-
lum proclamari jussit, et expeditio in Daniam
suscepta malesanum eorum consilium detexit.
Etsi enim Anglia universæ Europæ indignatio-
nem incurrerit, etsi Gallia nunquam magis
numerous militem aluerit, id tamen haud
satis esse existimo; in eo nos esse oportet,
ut, ubicunque Anglia adhuc aliquem habet
influxum, eos adgredi possimus, donec con-
spectus tantorum malorum Angliam eo non
perduxerit, ut Olygarchis, qui ei nunc do-
minantur, depositis, rerum administratio in
v. r. s. concedatur, qui et mentem & animum
habeant amorem et utilitatem patriæ cum
amore & utilitate generis humani conjun-
gendi.

Communis Politia Vestræ Majestati sua-
dere potuisset, arma ponere; sed hæc Politia
esset flagellum Galliæ; siquidem ea magnos
illos effectus, quos vestra Mattas intenderat,

imperfectos relinqueret. Itaque pro eo, ut exercitus nostri minuantur, augendi sunt: quod Anglia independentiam omnium Aularum non agnoverit, & mari eam quietem non restituerit, quam Vestra Matris in continente procuravit. Scio equidem id Vestrae Matris dolere, quod nova a suis populis sacrificia exigantur, novæque subditis obligationes imponantur.

Sed deferendum id est communi totius Galliae voci, Nullam fore quietem, nisi mare fuerit liberum et justa pax Galliae præcipuum utilissimum imo summe necessarium jus restituerit.

2. Senatus consultum est hoc: Senatus publicae securitatis decrevit: ut urbes Cella Cassellæ Vesalia & Flessinga imperio Gallico uniantur: 2. ut Cella ad ditionem inferioris Rheni, Casellae ad regionem montis Tauai (Donnersberg) Vesella, ad departamentum Ruræ (Roer) denique Flessinga ad sectionem Schaldis pertineret. 3. ut præsens senatus consultum legatione Cæsaris transmittatur.

Motiva hujus senatus consulti in senatu per Status Ministrum Lacue hæc referuntur Nullo ditionem suam augendi studio Cæsarem ac Regem teneri, sequidem summo illius ingenio Gallia jam satis illustrata sit. Ejus providentiam non aliud quærere, quam ut Gallia habeat durabilem existentiam, et Rhenano foederi, quod ipse fundaverat, celeri, si opus fuerit, auxilio succurratur.

Hæc consilium status sub percesidio ipsius Imperatoris congregatum fuit.